

ac magna maturitate per Episcopum examinata: qua ejus animam moveat, & non ex commissis, & levibus verbis.

Decisum Parisiis in Sorbona die 15. Junii an. 1682. Aug. de Lamer.

CASUS II.

Monitorium ad detegendam Syngrapham causae apprimae utilem.

- 1. Revelanda est, ut Monitorio parentur, secreto commissa res; si revelationis defectus graue damnum proximo suo allaturus.
2. Non ita facta opus est, si certo ac proferre indubitato consistet hanc revelationem unicam fore, ac proinde inutilem, magisque dampna quam bono asserendo accomodatam.

QUESTITUM.

EX Sorbonicis Doctoribus queritur, utrum qui novit, quomodo, & a quo magni ponderis schedula in gravi causa subtrahata fuerit, teneatur necne, quod scit, declarare, sibi iam perspectis Monitoriis in eo negotio impetratis? Id difficultatem parit, quod ille de re cognovit ex iis ipsis, qui schedulam subtraxerunt; sed ei negotium in aurem commissum est, quod proinde non putat se in conscientia foro teneri prode, praeterim cum in Provincia Casuilla reperit ita sentientes, quamvis id subtractionis probationem impedit. Non est omittendum, hominem hunc nec Procuratorem, nec Advocatum, nec Consiliarium, nec iis consanguinitate conjunctum esse, qui sibi rem crediderunt.

RESPONSIO.

Theologiae Doctores subscripti censent, in negotio revelationis ob Monitorium privatam, cum de rebus agitur, qua secreto sciuntur, eam regulam servandam esse, quam asserit Navarrus in cap. inter verba 6. conclus. perfecta num. 402. in hac verba: Quicquid dicitur alicui secreto, quisquis ille sit, si id scire non est in prejudicium animae, corporis, fama, vel honorum alterius, debet secretum servari, quamvis iudex contrarium praecipiat. Hanc ipse exceptionem jam posuerat in rebus secreto notis in idem caput, ejusdemque conclusionis num. 222. Postquam facere Clericus Sacerdos, qui, licet denunciatio conditiones componat, homicidia perpetrata, aliaque delicta, propter qua publicari amitterent vitam, non propterea esset irregularis, dummodo, quando ea revelat, proferatur se ea tantum de causa id agere, ut impediantur mala imminencia, & non inferatur poena sanguinis malefactoribus, ut perpulchre definit, & probat Cajetanus allegando super hoc selectiores Canones. Capitul. Episcopus, nec Clerici vel Monachi in 6. c. Prelatus de homic. edict. lib. Tum quia hoc potest facere, qui promissis: & juravit servare secretum, & non detegere, ut definitur multis, Innoc. recepte, Panormit. & alii alibi, modo non fuerit revelatum media Confessione Sacramentali. Sylvius explicat admodum D. Thomae doctrinam in hoc negotio, 2. 2. quae. 70. artic. 1. concl. 6. Qui aliquid, inquit hic Auctor, ex alio audit, seu ab eo vidit fieri sub fide secreti, debet nihilominus de eo testificari, Superiore secundum Juris ordinem jubente, si redundat in Reip. damnum, vel injuriam alterius nocuentum; quia contra bonos mores bonumque nullum secretum licet recipere hic communis ad 2. c. quae. 68. artic. 11 ad 3. Si vero ea, quae sub fide secreti sunt accepta, possunt alique ullius salutaria oculentia, nullo modo sunt tradenda, etiam ex precepto Superioris, quia servare fidem est de jure naturalis. Hinc duo criminum genera distingui possunt quoad eos, qui eadem noverunt secreti fide; unum eorum est, quae ita consummata sunt, ut omne proferre malum contigerit, nullumque amplius seu publicum seu privatam damnum timeundum sit. In hac facti specie secreti fides obligat, & qui secretum ita recepit, illud per revelationem, vi Monitorii, ad Judicem deferre non debet. At si, quod alterum criminum genus est, crimen sit adhuc rei publicae, vel proximo perniciosum, ac malo, quod factum est, remedium per manifestationem asserri possit: secreti fides a revelationis obligatione non eximit. Quoniam itaque in praesenti causa syngraphae gravis in causa facta subtractione semper iis nocet, quibus erepta est, & si quidem, ea non recuperata, magnum incommodum patenterat: subscripti sentiunt, eum, qui secreto rem novit, a revelatione abstinere non posse, nisi forte subtrahat parti laese satisfaccere velit; & re ipsa satisfacciat; neque enim ille promissis acquiescere, eique, qui patitur, hand, quantum in se est, prospicere debet. Si tamen is, de quo agitur, certo sciret testimonium suum inutile fore, quod aliam probationem non haberet, & ejus quidem famam laderet, qui sibi secretum credidit, ei vero, qui injuriam patitur, minime optularetur, non teneatur id revelare, quod probare non posset, sine illoque negotio frustra ac temere, se obnoxium reddere,

atque adeo satis foret eum conticere, & eorum exemplum sequi, de quibus sermo est 2. quae. 7. c. Plurimque, ubi dicitur: Plurimque homines viri propter ea sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia sepe deferuntur publicis documentis, quibus ea, quae ipsi sciunt, iudicibus probare non possunt. Quod Auctores nonnulli iis accomodat, qui habent, quod patefacere, sed tamen silentium servant, ne ipsi soli, & unici testes sint.

Decisum Parisiis die 27. Augusti an. 1679. Aug. de Lamer.

CASUS III.

Monitorium decoctionis causa.

- 1. Ejus consanguinei, in quem impetratum est Monitorium, deponere non teneantur.
2. Nec magis teneantur criminis complicis, quique possent interrogari.

QUESTITUM.

Queritur, an qui ea sciunt, de quibus modo, vi querele sub Ecclesiasticarum censurarum poena deponere teneantur.

Quidam Mercator lanarius ex Urbe N. pridem meditatus decoctionem, in quam incidit, ut suos legitimos creditores, qui magno sunt numero, frustraretur, usus opera filii sui majoris natu, lanarii pariter Mercatoris, aliorumque filiorum suorum, affinium, & amicorum, subtraxit, celavitque sua quaeque optima, nempe numeratam auri, & argenti vim, argenti suppellectilem, lintea, telas candidas, aliasque syngraphas, obligationes, titulos, scripta ad societates inter ipsum, ejusque dictum filium natu majorem, aliosque Mercatores intas pertinentia, codices, diaria, & acta ad rerum suarum, suaeque mercaturae statum spectantia, & suarum mercium naturam mutavit, cessiones dolosas instituit, solvitque injuria, ac delo malo nonnullis & suis creditoribus cum aliorum damno; invitit deinde cum iis clandestinis, fraudulentisque contractis, ex quibus falso apparet, vis alieni trientem remissum esse; & horum contractuum vi Mercator, & filius conantur creditorum miserimos in eandem remissionem perturbare; in eumque miser eos in jus vocandos curarunt; sed cum dicti Creditores reluctarentur, ut id tuerentur, quod sibi legitime debebatur, non desuere, qui ipsi auctores essent, ut, cum ex summa decoctionis dolosa tempore extiterint, propugnarent ex Constitutione conventiones fraudulentiter intas ei nullum jus asserere, se ad eam remissionem edigendi; quas omnes adversus Mercatorem, & complices libellum supplicem obtulerunt, isque concessum est, ut de factis in eo contentis informarent, & Monitorium, quod jam semel enantiatum est, obtinerent.

Porro non ignorant, bene multos, quibus ea facta perpescata sunt, deponere volentes impediti, atque abduci ab Ecclesiasticis hominibus, potissimum a P. C. iis persuadentibus, se id facere non teneri.

Alios quidem, quod reorum consanguinei sint, vel consanguineos se dicant: Alios vero, quod, ut ajunt, domestici fuerint Mercatoris, aut consanguineorum, qui operam, & consilium ad bonorum mobilium, ac mercium subtractionem contulerunt.

Creditores, qui post decoctionem injuria, ac subdolo pecuniam, aut merces cum aliorum Mercatorum praedictis susceperunt, a depositione sibi cavent, ne in communem Creditorum massam, id, quod acceperant, conferre cogantur.

Qui Mercatoris nomine solverunt aliquibus ex Creditoribus, solutione in antecedentem consistit, negant se testes accedere debere, tum ne cogantur bis solvere, tum quia Mercatori, vel iis, quibus pecuniam numerarunt, cognatione conjuncti sunt.

Vectores, qui e Fano S. Maclovii, vel aliunde, hujus hominis nomine, pecuniam, quam filius natu major recepit, asportarunt, se exemptos contendunt, vel quia publica persona sunt, secreti lege obstrictae, vel quia illud genus hominum sibi suppeditant, quo vitam sustentent.

Qui pecuniam debebant, aut merces ad hunc Mercatorem spectantes pra manibus habebant, dolosas cessiones contrexerunt, aut contracti confenserunt, facti alieni, ac mercium naturam mutarunt, aut mutandam curarunt, nec se putant debere deponere, praetendentes, se consanguineos esse, vel facturum, ut eidem summas, ac merces in omnium Creditorum emolumentum conferre cogantur.

Non pauci utriusque sexus Operarii, ac Mercenarii, eidem Mercatori proximi ab iis, quae sciunt, declarandis abstinere se posse iudicant, quia domos incolunt, quae ad ipsum, vel ad filium, vel ad consanguineos spectant, seu quia, cum apud eos laboraverint, se deponerent, sua illi opera non amplius impoliterum utentur.

Alii,

RESPONSIO.

Alii, quibus Mercator, quo tempore conjux e vita decelisset, graves summas debebat, quibus postea Creditorum pecunia satisfecit, quamvis ejus filii teneantur earundem summarum dimidium ad Creditorum emolumentum conferre, sibi pariter a testimonio dicendo cavent consanguinitatis pretextu, quodque communem matris hereditatem die ipso ejus mortis eidem filii acceptaverunt.

Alii, qui societates ipsam inter, ejusque filium natu majorem, aliosque Mercatores intas norunt, sibi quoque deponendi obligationem nullam esse dicunt, eodem usi consanguinitatis pretextu. Atque extremo quodam abusu, qui conscientiam aequae ac publicum bonum perturbat, omnibus omnino testibus, sive consanguineis, sive non, perfruderi contenditur, eos a depositione penitus immunes esse, propterea quia Mercator, & complicis ob fraudulenta decoctionis crimen, de quo accusantur, afflictivis poenis affici possunt, juxta Principis Constitutiones; id, quod eorum familiae infamiam asserret, ne illud addatur, non paucos ad incitas, & ad extremam mendacitatem redactos esse mala fide dicti Mercatoris, asseclarum, coadjutorum, fautorumque decoctionis, qui bonorum, & mercium subtractionem, aliarumque rerum in praesenti Monitorio contentarum notitiam ipsius adiungunt, quamvis haec una, & unica ratio sit, quam omnibus sperare possint fore, ut sibi, quod debetur, omnino, aut ex parte solvantur.

Ejusdem Mercatoris consanguinei, alique, qui ei distractioni optulati, ac patrocinati sunt, contendunt pariter, se non solum a dicendo testimonio, verum etiam a restitutionis obligatione exemptos esse.

Interrogant Doctores, ut decidant, an Creditores, quibus Mercator, aut ejus filius compensationem promiserunt, vel promittendam curarunt, ut eos ad trientis vis alieni remissionem subdolo contrahendum adducerent, teneantur, necne ipsi deponere?

Theologiae Doctores subscripti censent, ejus consanguineos, adversus quem Monitorium obtentum est, non teneri deponere, ac dispensationem hanc ad quartum usque gradum extendi; criminis complicis, & qui super hoc negotio inquiri possent, pariter non teneri; sed eos tamen, cum operam suam ad ejus bona in tuto ponenda contulerint, qui eidem amissis, reparare debere eorum iacturam, quibus ne solutio praestaretur, obstitit eorum subtractione, & subsidium, quod Decoctori attulerunt. Inter eos porro, quorum opera vis alieni natura mutata est; ii quidem, qui absque extremo damno revelare non possent; ipsi quoque exempti sunt; qui porro huic Mercatori adlaborarunt, ut Vectores, Operarii, consanguinei consanguineorum Decoctoris ipsius nequaquam a revelatione sunt exempti; debentque, si quid eorum sciunt, quae Monitorio continentur, testes accedere. Jam vero si exemptio hac non ad Decoctoris tantum, sed ad ejus quoque consanguineorum servos extenderetur, inutile redderetur remedium illud, quo Ecclesia utitur, ut suis filiis jus curet tribuendum. Neque vero contenditur, eos hac obligatione comprehendi, qui secreti fide rem cognoverunt, & qui in consilium sunt adhibiti, cujusmodi sunt Advocati, & Procuratores ad lites, nisi alia ratione in rerum Monitorio contentarum notitiam venerint; si enim ita res se haberet, edicere teneantur, quia ea cognitione, quam ipsi secreti fides attulit, uterentur.

Decisum Parisiis die 16. Maji an. 1678.

Aug. de Lamer.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

MONOPOLIUM.

Monopolium graeca originis nomen est, eumque vi suapte significat, qui unus solus aliquod genus mercis universim emittit, & solus vendit; ut proinde in Monopolis id conveniat, ut penes unum aliquem speciei alicujus vendendae potestas sit, vel aliquid fiat, quo eadem species plura vendatur, vel opera, quae impenditur, majori pretio compensetur, quam valet; atque adeo unus tantum potest Monopolium facere, emptis omnibus intra angustos loci terminos mercibus, ut ab eo enim necesse sit, eo proprus pretio, quod ipse suo modo statuerit.

Monopolium dividi potest I. In Monopolium, quod auctoritate publica fit, cum Rex, Respublica, vel Communitas id privilegii concedat, exempli causa, alicui Mercatori, ut solus certas mercium species vendat, ut glaciei, pulveris Nicotiani, Salis, &c. II. in Monopolium, quod privata auctoritate instituitur, cum duo, pluresve Mercatores aliquam simul conventionem ineunt ad quarumdam mercium pretium augendum.

Certum est, Monopolium, quod publica auctoritate fit, prohibitum non esse, quia Principibus, & Magistratibus licet facultatem cupiam tribuere, ut aliquam peculiarem mercem solus vendat, cum id ad bonum publicum spectat; quo in casu debent iidem hujus mercis pretium taxare, ne venditori liberum sit eam vendere, prout voluerit; Monopolium hoc ad publicum bonum est saepenumero necessarium, ut inventiri possint, qui ejusmodi merces pretio minore vendant.

Monopolium porro, quod auctoritate privata fit, gravissimum crimen est: atque adeo, qui illud perpetrat, restituere tenentur, ac reparare damna proprus omnia, qua proximo, aucto mercium pretio, intulerunt. Iis accomodatari potest id, quod refertur in Canone (a) Esto illi; qui ex Toketano Concilio ductus est: si nempe Divinus Filius eos aeternis poenis addicit, qui pauperibus de propriis bonis non tribuerunt, futurum potiore jure, ut ii damentur, qui id pauperibus eriperint, quod iis non ipsi dederunt; quia certum est, eos, qui de aliqua re mutuo conveniunt, ut mercium, rerumque praesertim, quae ad vitam necessaria sunt, pretium augeant, id auferre pauperibus, quod iis minime praebuerunt, eos adigentes ad necesse illas carius emendas, quam si nulla conventio extitisset. (b) Id autem adeo grave peccatum est, ut lex jubeat, eos, qui per summam arrogantiam, ac temeritatem ea Monopolia exercuerint, perpetuo exilio, & bonorum publicatione damnari.

Private auctoritatis Monopolium pluribus modis fit: I. Cum Mercatores inter se de certa, eaque pro ipsorum arbitrata statuta peculiaris alicujus mercis venditione, vel emptione conveniunt, quo in casu gravissime peccant, & id omne restituere tenentur, quod ex venditione ultra pretium summum, & ex emptione infra pretium infimum perceperunt. II. Cum plures Mercatores ad omnes certi cujusdam loci merces emendas conspirant, ut eas inde vendant majori pretio, quippe quae non nisi ex ipsis emi possint. Ejusmodi Monopolium prohibuit Franciscus I. in Constitutione, quam die 20. Junii an. 1539. Parisiis edidit. III. Cum Artifices, alique Operarii mutuo conveniunt, ne quis eorum emat opus ab alio Operario, qui illud intermiserit, inchoatum; id, quod etiam idem Rex vetuit Augusto mense ejusdem anni in civilium societatum collatione. IV. Cum Mercatores fraude, aut mendacio impediunt, quominus merces, aut menses aliunde comportentur, quo ipsi carius eas vendant, quas possident, cum publici boni damno, ut videre est in Lege Julia, (c) quae prohibet, ne naves triticum, vel id genus alia deferentes, quominus ad portum appellent, impediatur.

(a) Canon est illi 20. quae. 2. (b) L. Jubeamus cod. de Monopolis. (c) L. Julia ff. ad legem Juliam de annonaz.

CA.

CASUS.

Monopolium in lignorum venditione.

Cum mercatores ad mercatores aliquid emendas conspirant, & collatium dant eis, qui carum emere volunt, ut ipsi a contractu restituti cogantur, contra conspirationem tanquam monopolium spectanda est.

QUESTIUM.

Magis nominis Dominus ligna possidet, quae ejus Ministri vendenda proponunt, venditione ann. 1682. in triginta locis hujus Provinciae, aliarumque proximarum indicta. Post aliquot augmenta pretii quatuor Mercatores, conspiratione facta, viginti septem mille libras offerunt, & ceteros in aurem alloquuntur in hunc modum: nos ipsi nobis jugulum petimus, si pretium augere perginus: alterorum faciendum aut vos collatium, quod vobis exhibemus, accipere, & silentium servare, ut ligna nobis adjudicentur; aut vos ipsi nobis hanc eandem stremam date; nosque ipsi recedimus. Convenit; quatuor Mercatores ceteris fidem obstringunt, eisque dant liberam duo millia, quae ipsi solverunt. Cum porro inibi essent, ut concluderent; accedunt Mercatores alii, quibus illi nummos aureos centum praebent, ne pretium superaddant; ita ut negotium inter associatos, & Dominum Ministros 20000. librarum pretio concludatur, & ipsi 30000. libras ex eorumdem lignorum venditione percipiant.

Quaestio I. An Mercatores hi quatuor alicui restitutioni obnoxii sint erga Dominum, ad quem ea ligna pertinent, quia impediendo fuere, quominus alii Mercatores pretium augerent, praesertim cum ea ligna usque ad 35000. libras perituro quoque hominum iudicio, asserri possint?

II. An qui strenam loco liberam tria millia, ut restituerent, nec pretium adederent, acceperunt, nonnullis restitutionis lege teneantur?

RESPONSIO.

Consilium conscientiae subscriptum monet initio statim, multorum Theologorum sententia quatuor Mercatores conspiratores sibi a iustitia alienam fecisse quoad Dominum, cujus ligna emerunt, & quod inde consequitur, ad nullam restitutionem obligari, si pretium ab ipsis propositum haud iusto minus existeret. Hoc autem illi principio nituntur, quod, cum ad mercem aliquam emendam sit conspiratio, modo pretium, quod tribuitur, iustum sit, nec infra iusti valoris gradum constitatur, contra iustitiam commutativam minime peccetur, ac proinde restitutionis obligatio nulla sit.

MONOTUS.

CASUS.

Motus, qui dicuntur Primo-primi.

Motus, quos Theologi dicunt Primo-primos, cum indeliberati sint, & voluntatis omne iudicium antevertant, mortalia peccata non sunt.

QUESTIUM.

Id humillime proponitur explicandam, quid sibi velint I. verba haec, Motus primo-primi, & an qui ira percitus, & furore abreptus eum occidisset, a quo vapulariet, vel ala-

NOTARIUS.

Notarii publica persona sunt, recipientes, & conscribentes eorum conventiones, qui contrahunt. Eorum obligationes magna sunt, & late patent; causa exempli sunt inexcusabiles, si quos hereditatum, venditionum, permutationum, donationum, aliove Contractus recipient, nisi Contrahentes declaraverint, quo feudo, & censu res, quae ceduntur, & transferuntur, quibusque erga feudales, aut censuales Dominos oneribus affectae sint; id, quod iis injungunt Constitutiones, poena privationis Officiorum, & Contractuum nullitatis imposita. Peccant etiam gravissime, cum partes ad simulatas permutationes adducunt, ut Dominos eo, quo gaudent, venditionis, & emptionis iure frustrentur, eisque restituere tenentur in solidum cum partibus, quae inde commodum perceperunt.

Notarius, qui Contractum exaravit acquisitionis constituti redditus, pretio forte ipsa minori, id patefacere non tenetur, quia si rem proderet, periculum foret; ne a Iudice puniretur; sed in conscientiae foro debet.

(a) Sylvius quaest. 77. art. 1. q. 2. de restitut. Bassius tom. 1. venditio num. 24. Bonacina de contract. disp. 3. q. 2. p. 6. num. 23. Molina de just. & iur. disp. 345. num. 4. Reginald. l. 25.

Adest sine Monopolii quadam species, cum ita de emptione convenitur, & ex eo charitas, & iustitia legalis laeditur, quod privati homines statuendi rerum pretii potestatem, quae ad Principem, aut Magistratum, aut Communitatem tantum spectat, usurpant, & in causa sunt, ne res ipse plures vendi, vel emi possint; non tamen apparet, illud contra iustitiam commutativam peccatum esse: Quando Mercatores conspirant, inquit Sylvius, (a) ut nullus eorum emat supra certum pretium, quod iustitiam servant, si pretium reliquant intra laudabilem iusti pretii, nihilominus peccant partim contra charitatem, partim contra iustitiam legalem; ita sibi usurpant potestatem Principis, vel Magistratus, aut certe Communitatis, dum se ipsos constitutione auctores, ac defensores iusti pretii, & causa sunt, ne aliter emat, & vendi possint ejusmodi merces; non videntur tamen peccare contra iustitiam commutativam, ideoque nec ad restitutionem obligari. Alii quoque Auctores idem sentientes in medium offerri possunt, ut Bassius, Bonacina, Molina, Reginaldus, Lessius, & Diana.

Sane emptores sui, qui alios, ne pretium addant, impediunt, ut in publicis venditionibus passim contingit, vel qui mutuo conspirant, ut emant infimo tantum pretio, venditorum ea ratione privant iure, quo gaudent, ius merces suas vendendi; in quo quidem et damnum importat iuxta Theologorum, quo modo potius vivimus, principia. Sed responderi potest, emptoribus quoquevis esse non emendi summo pretio, ac damno nec fraudem, nec vim adhibent, ut votum suorum damnetur, contra iustitiam commutativam eos non peccare, nec restitutionis lege teneri.

Quin porro expendatur, an hac sententia theoretice cum veritate consentiat, censet Consilium, has Mercatores conspirationes esse veri Monopolia. Legibus vetita; & in praesenti lege cum iniustitia conjuncta esse. Ac re quidem ipsa is unus iis propositus finis est, ut villi pretio, hoc est infra infimum merces emantur. Quamobrem in praesenti facti specie vero simplicissimum est, eos quatuor associatos, qui ligna pretio viginti septem mille librarum emerunt, eadem virore pretio, & infra eorum iustum valorem obtinuisse; ex quo fit, ut memorum Domino restituere debeant, quod deest, ad usque liberam triginta quinque millia, quae iusta estimatio est, ad quam eadem ligna pervenire possent, quin ulterius eleverantur.

Mercatores porro, qui liberam tria millia strenam loco sumperunt, nec Monopolii vera causa fuisse, nec quicquam, unde illud existeret, re ipsa facile videntur; atque adeo ea omnis strenam spectari potest, ut lacri compensatio, quod ex lignis ii perciperent, nisi, quominus & ipsi pretium proponerent, impediti fuissent.

Decisum Parisiis hac die 23. Augusti ann. 1702.

Germanus Fromageau.

MONOTUS.

CASUS.

Motus, qui dicuntur Primo-primi.

Motus, quos Theologi dicunt Primo-primos, cum indeliberati sint, & voluntatis omne iudicium antevertant, mortalia peccata non sunt.

QUESTIUM.

Id humillime proponitur explicandam, quid sibi velint I. verba haec, Motus primo-primi, & an qui ira percitus, & furore abreptus eum occidisset, a quo vapulariet, vel ala-

NOTARIUS.

pa celsus fuisset publice, atque innumera hominum turba spectante, homicidii, criminisque gravissimi coram Deo reus esset, nec ne?

RESPONSIO.

Respondetur, motus primus, qui Primo-primi nuncupantur, eos esse, qui omnes iudicii actus ad mortale peccatum constitutum necessarios preveniunt. Hinc proposita quaestio facile decidi potest.

Decisum Parisiis die 25. Augusti ann. 1676. Aug. de Lamet.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

debet iniustum ejusdem redditus emptorem de restitutionis obligatione monere. Quod si a venditore rogatus fuit, ut eum reditum vel cum dispendio vendendum curaret, tunc quoad venditorem nulla Notarii obligatio tenet, facta hypothesi id bona fide actum fuisse. Verum si idem Notarius trecentarum librarum ad bonum Petri, qui eas Joanni mutuas dat, obligationem transigat, & Petrus, ut censum, quem inde percipere vult, sibi certum reddat, re ipsa nonnulli ducentas octuaginta libras det mutuas, idque videntem, rationem imponunt. Hac sententia est Domini De Saine Beuve.

Declaratur in Cleri Monumentis, opus fore, ut sub excommunicationis poena Notarii (a) omnibus Testamenta conscribentibus precipiatur, ut de legatis in Ecclesiae bonum institutis Episcopum, vel ejus Generalem Vicarium certiores faciant, mense post Testatorum mortem, ad fraudes omnes evitandas. Officia hac omnia distinctius in sequenti Casu censentur.

CASUS I.

Notariorum Officia.

Difficultates a Notario propositae, proba vero, Deum timente, quibusque sui muneris vi sibi faciendam sit, scire cupiente, ne quid agat, quod suam ipsius conscientiam perturbet, ac Divina legi adversetur.

QUESTIA, & RESPONSA.

I. Quae. Completa tum Catholici, tum ex Religione, ut dicitur, Reformata Notario hanc significant sibi esse pecuniam, quae nonnulli dent denario vigesimo, nempe receptis annis quinque pro censibus; Alii vero ejusmodi pecuniam mutuum quaerentes ad propterea confugiunt. Iste potest Notarius hic illos indigere, qui ita honorarie cupiunt? Potestne etiam hoc hominum genus inquirere?

Resp. Theologiae Doctores subscripsi censent huic Notario non licere eos indicare, qui sibi declarantur, se pecuniam honorarie dandam praemansione habere; vel investigare, quinam habeant, ut eam hac ratione mutuum petentibus obtineant, quia Legibus vetita usura est.

II. Q. Cum duo consentiunt, unus quidem de suscipiendo, alter vero de solvendo mutuo summa censu; Notarius, quem ea consensio non laet, potestne in obligatione, quam conscribit, hunc censum cum forte confusurum, quasi mutui pecuniae partem constituat, id partibus requirentibus?

R. Notarius in obligatione, quam exarat, censum, tantquam pecuniam mutuo datam cum forte conjungere nequit. III. Q. Alii, absente Notario, in similem obligationem, in qua census serti miscetur, conspirant, consentiuntque; Quomodo Notarius se gerere debet, si de conventionis cognoverit, antequam obligationem conscribat? Debetne ab ea scribendo abstinere? Quid si dum scribit? Debetne consistere? Quid denique, si postquam scriptis, sed nondum obligatione consummata, & pecunia a mutuantem nondum tradita? Debetne transverso calamo delere, quod scripsit?

R. Si Notarius in ejus ultimatam conventionem, se absente, inite cognitionem venerit, obligationem nondum scripta, ab ea scribendo abstinere debet; si inter scribendum, subsistere; si denum ea jam scripta, sed non consummata, eandem delere debet.

IV. Q. Quidam Mercatores iis pecuniam mutuum dedere, vel merces vendidere, qui in se receperunt obligationem statim tempore, de quo convenire, solvendam. Sed cum debitor intra definitum spatium non satisfaciunt, mutuantes contendunt se posse non solum honoris lucrum percipere, ajentes, se quoque alius lucrum solvere; quod non facerent, si sibi satisficeret, quippe quod merces, seu fundos emerunt, unde sibi questus existeret. Addunt, se, cum a Iudice obtinere possent, ad debitores ad solvenda sibi honoraria damnarentur, id facere noluisse, quod crederent, eos suapte sponte id peracturos. Data pecunia censum hac cogitatione a debitoribus petunt, eorumque in obligationem consensum extorquent. In hac facti specie Notarius potest eam tuta conscientia recipere?

R. Non potest Notarius eam obligationem recipere citra peccatum, nisi certo sciat Creditori verum dampnum provenire ex debitoris retardatione.

V. Q. Debetne renuere Notarius recipere, partibus consentientibus, obligationes, dierum tantum quindecim spatio definitas, praesertim si sciat, vel non temere credere possit, solvatur, a Iudice mutui pecuniae censum imperaturos.

R. Nihil est, cur ille renuat ejusmodi obligationes transigere. VI. Q. Potestne Notarius obligationem firmare ob summam, ex qua non ignorat lucrum perceptum iri, quamvis in obligatione laeri nulla mentio, neque id forte contineat? Idemne sentiendum, si noverit, eam, cujus gratia obligatio instituitur, eodem tempore promissionem privata fide firmatam exigere, quae censum cum forte conjungat?

R. Potest sane, quia nihil in ea obligatione adest, quod non liceat; partes propriae voluntatis vitio abutuntur actu legitimo. Quamvis tamen Notarii tanquam personae publicae propositi sint ad omnes actus legitimos partibus postulantibus concedendos, monentur, ut quam rarissime possunt, ejusmodi actus concedant.

VII. Q. Non desunt, qui subsint obligationibus, in quibus fors, censibusque miscetur, quamvis omnia summa tantquam pecunia mutuo data emittitur; & hac obligationes aliis mutuantem cedant. Potestne Notarius Acta conscribere? Potestne ea quoque exarare, in quibus ceditur census per sententiam adjudicatum, cum novit, debitores se dampnari passus esse, ut creditoribus gratum fierent.

R. Scribere potest Acta cessionis obligationum, in quibus cum forte censu conjungitur, cum non apparet lucrum ex mutuo in iis contineri, quamvis id ipse aliunde sciat, quia non potest Acta denegare, quae externa specie sunt legitima. Prudenter tamen se geret, si quam maxime poterit, ab hujusmodi actibus abstinere. Quod autem ad eos spectat, qui cedunt censum sibi debitos, vi sententiae, quam debitores ultro subivisse Notarius cognoverit: si Notario non constat confessionem defectu aliquo laborare, non agra assentiri debet; quod si defectum aliquem adesse novit, & ea quidem privata cognitio sit: potest actum conscribere, absolute loquendo; sed ei tamen auctores sumus, ut abstinere pro viribus.

VIII. Q. Quoniam exterior iustitia a tutoribus, & curatoribus postulat, ut minorum pecuniam in censibus referant: Notarius in actis, quae super hujusmodi negotiis conscribit, potestne declarare censum esse partem pecuniae, quam debetis, qui pupillares nummos mutuantur?

R. Minime vero; adest enim usura. Tutores, & Curatores debent Constitutionis Aurelianensis articulo 102. in pupillarum pecunia administranda se conformare.

IX. Q. Sumus, qui, acquisitis fundis, ut Dominum eo vestigali frustrerentur, quod eidem emptionis, & venditionis titulo debetur, venditionem dissimulant, unanimi consensu permutationis, aut locationis contractum inveniunt. Quod in causa est, ut venditio occulta remaneat, suum Dominum non reddatur, & venditoris consanguinei ea bona vi cognitionis adire non possint. In hujusmodi casibus Notario licetne contractum recipere, praesertim nulli consilio quoad articulum hunc exhibito?

R. Peccaret ille, si ejusmodi actum reciperet, in Dominorum, & legitimorum heredum fraudem, siquidem de eadem fraude cognosceret.

X. Q. Conducunt alii domos, & agros, polliciti se justum pretium statim tempore soluturos; sed nolunt in contractum hanc clausulam apparere, ut suum tum Dominum, tum consanguineis jus admittant, itaque id actum foris edunt, cujus nulla Syngrapha apud Notarium remanet, quemque venditor sibi sumit, & servat. Potestne ejusmodi Acta recipere, & signare Notarius?

R. Nequaquam, ratione fraudis, quae in istisem occurrat.

XI. Q. In Consuetudine Pictaviensi retractio vi cognationis locum habet consanguineorum bono, cum aliquam pecuniam vim pars una vicissim alteri tradit; & Domino quoque in hanc summam sua jura sunt. Ut lex eludatur, vel in privato tantum actu, qui non apparet, summe hujus mentio fit, vel sine ullo actu manu traditur, ut id & Dominum, & consanguineos omnino lateat. Potestne Notarius per mutationis contractum, & privatam promissionem se junctim edere?

R. Non potest jam allata de causa.

XII. Q. Notarius potestne probare contractus constitutionis redditus, solvendo ex messis, vi certa pecunia ei tradendi ratio, qui solutionis obligationem in se recipit? Ea est dubitatio ratio, quod messis non certo flat pretio, sed modo pluri modo minoris est, pro copia, seu penuria.

R. Potest sane, ex quadrienni ratione ponderato messis pretio, esque in contractu expressa declaratione, messis pretium statutum esse, prout quotannis, utcumque tempestas tulerit, vendi consuevit.

XIII. Q. Cum jam constituti sunt redditus, possuntne Notarii eosdem firmare in eorum favorem, qui gaudent ipsorum titulis, five eorum commodo instituti fuerint, five eos ipsi acquisierint?

R. Ita

(a) Vide Dictionarium D. Pontas tom. 2. pag. 1530. Lamet Tom. 11.

R. Ita sane, dummodo institutio notariam injustitiam non continet.

XIV. Q. Hominibus in aleis adversa fortuna usis, obligationes tanquam ob pecuniam mutuum statueri volentibus, potestne Notarius easdem recipere?

R. Non potest tuta quidem conscientia.

XV. Q. Quidam mutuum dant certam aliquam messis speciem, ea conditione, ut anno insequente debitor mellioris specie tantum reddat. Notarius ejusmodi conventionis specie tantum potestne suum ministerium in id conferre, eamque obligationem admittit?

R. Nequaquam, si certus sit, messis speciem, quae reddenda est, ea, quae mutua data est, fore cariorem; quod si pretium minus futurum dubitet, obligationem recipere potest.

XVI. Q. Potestne recipere venditiones, quae granorum, aliorumque fructuum sunt, antequam colligantur, quorum sepe pretium venditores in antecessum percipiunt? An vero debet inquirere, sitne rationi congrua venditio, an ob anticipatam pecuniam venditor tam vili pretio contentus sit?

R. Ita quidem, ni quid usura ob anticipationem eidem subleat.

XVII. Q. Quidam sua bona mobilia, vel immobilia consanguineis, aliove ex parte donare volentes se mutua pecunia titulo iis obstricto declarant, quia donationes iustitiae formalis contentiones contestationibus subesse possent. Notarius potestne ejusmodi obligationi favere?

R. Non potest, tuta conscientia.

XVIII. Q. Qui filiorum suorum filios, aliove consanguineos apud se retinuerunt, quotannis iis pensionem remittunt, ne alii heredes quoad caput hoc ipsis negotium facerent. Potestne Notarius ejusmodi remissiones recipere?

R. Eas ille recipere & conferre potest, si iis, a quibus sunt, ita agendi jus adsit; si enim Lex, Consuetudo, vel Constitutio non iis potestatem reliquit ejusmodi emolumenta tribuendi, Notarius ejusmodi remissiones conferre omnino non debet.

XIX. Q. Quoad pecora, quae alii aliis tradunt custodienda, Pictaviensis consuetudo ea passim est, ut alterum lucrum dimidium ei cedat, ad quem pertinent, alterum ei, qui eadem custodit, alioque, laboris & stipendii titulo; jactura porro capium est utrisque communis. Nihilominus inveniuntur contractus, in quibus pecorum perentium jactura in eum omnino casura dicitur, cui eadem commissa sunt, in aliis vero contractibus dicitur omne pecorum lucrum custodi utilitati fore, solutus locatori quotannis novem aut decem libris pro quaque pecude, lucrum titulo, quod percipere debuit, fiet ex grege, cujus unumquodque caput non plaris valet; quam triginta octo libris, aut quadraginta. Illud scitu dignum ducitur, an Notarius tuta conscientia istiusmodi contractus firmare possit?

R. Non potest tuta conscientia prioris generis contractus expedire, quia injusti sunt & usurarii; idemque de alterius generis contractibus sentiendum, si novem decemve librarum summa pro quaque pecude dimidii lucrum, quantum nempe ad locatorem pertinet, iustum valorem excedat.

XX. Q. Sunt, qui feminis, quas in uxores ducunt, prospicere volentes sateantur in matrimonii contractu eas ex pecunia vel ex mobilibus bonis certam summam attulisse, quamvis non ita res habeat. Notarius potestne tuta conscientia hos contractus suscipere?

R. Potest sane, si per Legem aut Consuetudinem liceat ejusmodi commoda suis conjugibus procurare. Hac in re nihil occurrit iustitiae contrarium; quoniam vir id sponte sua donat, quod potest; dici & illud potest, nihil a veritate alienum esse, acceptis verbis ex usu communi in similibus casibus.

XXI. Q. Adfunt etiam, qui summarum sibi debitarum obligationes ficti nominis institui velint. Alii consanguineo vel amico cedunt, quod vel obligatione, vel sententia sibi debetur, ut appareat id non simpliciter ad se spectare. Notarius, qui haec omnia probe novit, debetne id genus acta conferre? Potestne, cum indicia tantum & suspensiones occurrunt?

R. Potest ejusmodi acta recipere.

XXII. Q. Domini, vel alii, quorum bona decreto subfunt, se reddunt adjudicarios, eroga summa admodum tenui, consanguineorum, amicorum, vel domesticorum nomen mutati, quandoque quis nemo pretium additum accedit, quandoque vero qua nemo audeat se filiere, eorum metu, quorum bona decreta sunt. Cum vero ea sibi adjudicanda curaverint, ea locant iis, quorum nomen mutati sunt, multoque plus inde percipiunt, quam dederint. Quomodo se gerere debet Notarius, rogatus, ut ejusmodi locationes conferat?

R. Potest eas recipere, absolute loquendo, si certus non sit in iis fraudem & dolum adesse; quod si certus sit adesse, iis se miscere, ac sui ministerii auctoritate easdem roborare non debet.

XXIII. Q. Qui summarum obligationes obtinent, quarum

tempus elapsum est, curare possunt, ut sui debitores in jus vocentur, ad census sibi solvendo damnandi. Quod si debitores ultra astentiantur, propitius consensus actum exhibere velint, eum ne concedere Notarius potest?

R. Potest hujus consensus actum conferre, quin propriam conscientiam iniquet.

XXIV. Q. Alii pecuniam mutuum dant, qui grati animi, & compensationis gratia ipsis praedia locant minore pretio, quam si id causa non interfuerit. Notarius, qui id non ignorat, eam ne locationem conferre potest?

R. Minime, quia conventio haec usura proprie dicta laborat.

XXV. Q. Potestne subscribere venditiones segetum, quae intra duos menses tradende promittuntur, & decem vel duodecim denariis pro quoque modio minoris venduntur, quam valebant traditionis tempore?

R. Ita sane.

XXVI. Q. Non desunt de Minoribus, qui postquam e propriis bonis aliquid venderent, vel merces emerant, initio contractus solutionem promittunt; sed deinde vel ipsi, vel eorum consanguinei contractum abrogandum curant per Literas, quas a Rege obtinent, quia minores sunt, & se deceptos fuisse contendunt. Possuntne Notarii contractus ejusmodi confirmare, quos Legibus prohiberi apparet?

R. Ejusmodi contractus venditionis, & obligationis, quos aliorum bono Minores inveniunt, Notarii tuta conscientia firmare non possunt.

Decimum Parisiis hac die 12. Decembris an. 1670.
De Sainte Beuve.
Augustinus de Lamez.

C A S U S II.

Notarius subscribens, cum non adfuerit, nec actum legerit.

Notarius, qui secundo loco actum subscripsit, id facere non debet, quin adfuerit, & actum legerit.

Q U A E S I T U M.

Regulae Notariis praescriptae pro Regiis Constitutionibus, & locorum Consuetudinibus variae sunt. In aliis Provinciis unus Notarius coram duobus testibus potest acta, contractusque firmare; in aliis vero, ut Parisiis, & in Pictaviensi praesertim Provincia Constitutione & Consuetudine firmatum est, ut eorum, quae decem librarum valorem exsuperant, coram duobus Notariis transigantur. Contraria tamen praex obtinet, quoniam exceptis testamentis, & summationibus, Notarius unus inter eos, qui subscribere sciunt, tum inter eos, qui nesciunt, istisdem actis in hunc modum confectis, firmantibus, Notarius, qui unus interfuit, alium Notarium adhibet, qui, licet agri non adfuerit, eum tamen subscribet tanquam praesentem, nulla accepta mercede, & quam seipsum actis, quae subscribit, ne lectis quidem. Ita omnes Pictaviensis Provinciae Notarii subscribunt, & mutuo alii alii acquiescunt. Quare hujus Provinciae Notarius querit, istis sine liceat, & in conscientia foro servari possit? Id cum suis contratribus ille contulit, qui quidem sibi praesidium quaesierunt ex Consuetudine, quae ante omnem memoriam Parisiis obtinet, & pronuntiant oppositam praxim difficilem, & habebant fore. Illi ipsi, qui contrahunt, hanc duplicem Notarii praesentiam minime postulant. Novit ergo ille Notarius ceteros confratres suos agere se adduci passuros esse, ut ab ea, cui haec tenus adhaere, consuetudine dimoveantur.

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti censent hanc praxim abusive esse, quoniam verbis, & notioni Constitutionis, & Consuetudinis Pictaviensis adversatur. Verum si reputetur eam in usu positam esse videntibus silentibusque Magistratibus, & Principe, qui illam tolerant, silentium hoc tacitus consensus esse, & Notarii hanc praxim servantes minime peccare videntur.

Decimum Parisiis hac die 12. Decembris an. 1670.
De Sainte Beuve.
Augustinus de Lamez.

C A S U S III.

Notarii diebus Dominicis, & Festis acta conficientes.

Notarii, qui in bonis habent, recte se gerent, si quod ex aliis per dies Dominicis Festisque transactis percipiunt, in elemosinam erogent.

Q U A E S I T U M.

EST illud Notariis passim in more positum, ut, nedum festos & Dominicos dies sanctificent, iis ipsis diebus acta bene multa conficiant, in gratiam Minorum, rusticorum hominum, Pauperumque pecuniarum, quae a Rege sumuntur, venditionis bonorum in ruralibus domibus, & ob alia negotia, quae non nisi iis diebus sunt, perinde atque ob testamenta, quae suscipiunt & quandoque ob summationes, quae differri non possunt.

Queritur, I. An hi Notarii possint sibi solutione vindicare, justumque stipendium accipere, aequae ac si diebus ceteris suam operam consulissent?

II. Si forte non possint, generatim loquendo, idne singulatum servare debeant, tum quibus praeter Officium nihil suppetit, quo se ipsos, uxores, filiosque sustentent, tum qui in bonis habent, & aliunde subsistere possunt?

R E S P O N S I O.

Theologiae Doctores subscripti censent licere Notariis accipere solutionem operae, quam impendunt, & actorum, quae festis & Dominicis diebus conficiunt, quamvis alii, quibus subsistunt, bona possident. Verum qui eo labore non opus habent, ut vitam sustentent, & in bonis habent, se si quidem optime gerent, si in elemosinas id vel omnino, vel ex parte conferant, quod iis, quos diximus, diebus ex suo labore percipiunt.

Decimum Parisiis hac die 12. Decembris an. 1670.
Porchor. de Sainte Beuve.
Augustinus de Lamez.

C A S U S IV.

Notariorum obligatio.

1. Notarii juxta Consuetudines & Leges, quae ibi, ubi instituti sunt, obtinent, contractus conscribere possunt, aequae adeo actum.
2. Tenentur contrahentes de obligationibus, quibus per contractus clausulas se ipsi obnoxii reddunt, commonescere, cum ipse in eorum ignorantia versari sentiant, multoque magis, si agant cum simplicioribus & rudioribus hominibus, qui negotia profus ignorantes.
3. Cum fideicommissa Legibus adversentur, Notarii nunquam iis assensuri debent.
4. Quicumque in id operam conferunt, vel consentiunt, tenentur in solidum iis restituere, ad quos legata bona debent ex lege spectare.

Q U A E S I T U M.

IN matrimonii contractibus, quos Notarii conficiunt, quandoque fit, ut suum pars utraque Notarium adducat. Quandoque unus tantum Notarius adhibetur, vel sponsi nempe Notarius, vel sponsae. Quandoque contrahentes uterque, vel alteruter Advocatum, seu Procuratorem adducit ad matrimonii articulos firmandos. Sepe contingit ab alterutris partis consanguineis tradi pecunia summam filio, vel filiae, quin eam propriam fore declaratur; & tum quidem ea summa censetur bonum mobile, & in communionem abit, ita ut, si pars altera e vivis exierit, ejus dimidium deveniat ad alteram, secus nili habitura, si pecunia tanquam propria in contractum deducta fuisset.

Contingit & illud, hominem viduum ad secundas nuptias transeuntem omnia sua bona, quae sunt mobilia, merces, pecuniam, future uxori concedere, prioris communionis nulla mentione facta; & ob hoc quidem silentium omnia in posteritatem communionem abeunt.

Ex Parisiensi Consuetudine vir & uxor nihil sibi mutuo donare possunt; alibi de jure scripto, pluribus Consuetudinibus etiam proprii titulo sibi vicissim donare possunt, etiam filios habentem.

Parisiis, & alibi qui conjugii gratificari vult, fideicommissum instituit, legatque, quod donare vult, amico, quem sperat id ei traditurum, cui destinatum est.

Lamez Tom. II.

CA

siquidem is innotesceret, damnaretur; neque in dubium vocari potest, quin Deus, qui corda scrutatur, eam agendi rationem, tanquam Legis violationem condemnet; atque ita bonum ad eum minime pertineret, ad quem ea depravatione traheretur, quique illud retineret, possideret alterius hominum, quia hæc possidendi ratio illicita est. Illud ergo ad

heredes spectat, ut quædam contra eorum voluntatem retinetur, tandem contra iustitiam peccatur. Decisum Parisiis in Sorbona die 27. Octobris. ann. 1689.

Aug. de Lamer.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

NOVITIATUS.

NOVITIATUS est probationis tempus, quo experimentum fit eorum, earumque, qui volunt Regulari Professioni suum nomen dare. Quamvis Trid. Synodus tempus hoc anni, seu duodecim mensium spatio definierit, dum sess. 25. cap. 15. statuit, ne quis ad Regularum Professionem admittetur, quin integro saltem anno post sumptum habitum in Novitiatu versatus fuerit, omnique proinde peracta Professio nulla foret, nullamque servandæ certæ alicujus Regule obligationem secum afferret: non desunt tamen Ordines, in quibus Novitiatus biennii spatio, exordio ducto ab habitus sumpti die, perdurat. Memoria prodit Frapaulo in sua Tridentinæ Synodi historia, Synodi Patres statuerunt, ut Novitium non ante decimum octavum ætatis annum completum emitteretur, & Novitiatus biennii saltem spatio duraret; sed omnes Ordines Generales esse refragatos, agentes, non esse iustitiam consonum Religionis aditu eos prohiberi, quicumque Votorum suorum obligationibus cognoscendis idonei essent, ætatem annorum sexdecim accommodatam ab Ecclesia habitam fuisse, cum non ita mentis oculos homines excaucissent; atque adeo magis esse rationem consonum, ut hoc quidem tempus anteverteretur, quam protraheretur; atque eos quidem, ut duos Probationis annos impugnent, iidem rationibus istos esse. Itaque unanimes sententia firmatum fuit, ne quid novi super hoc capite statueretur.

Ætas porro, qua quis ætate se votis solemnibus obstringere valeat, Religioni nomen daturus, non uno definita modo fuit, a pubertate scilicet, in qua matrimonium contrahi potest, ad plenam usque majoritatem, quæ ætas est ann. 25. Id autem Trid. Synodus ad annos sexdecim determinavit, nullas Professiones declarans ante hanc ætatem emissas, præcipiensque, ut anni saltem spatium in Novitiatu transigeretur. Concinat Constitutio Blesensis, & bonorum dispositionem ante hanc ætatem Professionis gratia factam nullam declarat. Ad Puellarum Professionem quod attinet, Clerus Gallicanus mandavit, ne quam Novitiam Antistitæ ad Professionem reciperent, nisi ante Novitiatus finem mense vel circiter Episcopum, vel ejus Magnam Vicarium, ut eam examini subderent, monuissent; examen autem extra claustrum, & Regularia Monasterii loca perageretur. In sequenti facti specie id ex parte constabit, quod spectat ad Novitiatus tempus, & ad rationem, qua est instituendus.

CASUS I.

Novitiatus, cui dies deest.

Professio anno bissextili missa nulla est, nisi ad eam emittendam dies post bissextium expectatus fuerit, quia Novitiatus completus non est.

QUÆSITUM.

NOVITIUS gravi correptus ægritudine, quam ipsemet cum Regule asperitatibus componi non posse judicabat, Professionem nihilominus edidit, & Vota pronuntiavit valde præcipitantes anno bissextili, quin expectaret, dum Novitiatus annum, diemque durasset, duoque dies bissexti, qui dies unus habendi erant, excurrissent. Super hac re querit, an hac de causa jus habeat impugnandi Vota, quibus se obstrinxit, petendique, ut ipsius Professio nulla declaretur; utpote qua ante elapsum Novitiatus annum missa fuerit? Id si tuta conscientia iacere possit, ultra Superiores assentiantur, quia non ignorant Religiosum hunc iis, quibus laborat, ægritudinibus servandæ Regule ineptum effici.

RESPONSIO.

Sorbonæ Doctores subscripti, qui supplicem Libellum viderunt, existimant Professionem Religiosi, de quo ibidem agitur, nullam esse, quia deest ei dies, ut Novitiatus annus completus reddatur. Hic enim annus, quem tanquam rem absolute necessariam Tridentina Synodus postulat, non ad annum solis orbem est exigendus, sed ad civilem & politicum calculum, quo dies duo bissexti tanquam unus idemque spectantur. Id statuitur (a) in Lege Cum bissextium, ut nempe duo illi dies, in quibus dicitur bis sexto Kalendas, unus & unicus sint.

Itaque Novitiatus uno ex duobus hisce diebus inchoatus, non nisi die post secundum bissextium sequentis anni absolutus censetur, (b) ut docent Emmanuel Sa, & Barbosa, qui Doctores omnes, paucissimis exceptis, in eandem sententiam conspirare tellantur; additque posterior Cardinalium, Tridentinæ Synodi Interpretum Congregationem ita semel & iterum judicasse ann. 1627. His omnibus testimoniis adjici potest auctoritas Pelizzarii, Bordonii, & aliorumque fere Canoniarum, qui eidem opinioni subscribunt. Quoniam ergo in

(a) L. Cum bissextium ff. de verb. signif. lib. 5. q. ult. 16. leg. 98. (b) Emmanuel Sa. tom. 5. art. 5. Barbosa collect. in Conc.

ejusmodi rebus consuetudini, communique sententiæ standum est, Doctores subscripti censent, Religiosum, de quo agitur, si adhuc intra quinque priores Professionis annos versetur, posse suis ipsis votis reclamare, & iis se solvendum curare; eoque potiore jure, quod in ejus Professione extitit præcipitatio, & ipse ægritudinibus, quæ cum Ordinis, cui nomen dedit, asperitatibus, conjungi nequeant, obnoxius est.

Decisum in Sorbona die 8. Martii 1695.

G. Fromageau.

CASUS II.

Novitiatus interruptus.

- 1 Novitius non semel a Monasterio, in quo habitum sumpsit, egressus Novitiatus suum interrupisse nequaquam censetur, si non nisi Superiore annuente ita se gesserit. 2 Non inde ei jus existit adveniens Romana Curia, ut ipsius Professio nulla declaretur, eo prætextu, quod in Novitiatu per anni spatium non persistit. 3 Explicatio Tridentinæ Synodi in hoc negotio.

QUÆSITUM.

JOANNES sumpto Regulari habitu in Abbatia V. . . veterum Religiosorum Ordinis S. Benedicti die 5. Aprilis ann. 1693. Novitiatum suum nec semel nec leviter, ultra tres menses scilicet interrupit; primo quidem a die 22. Junii ad usque 11. Julii, secundo a 29. Augusti ad S. Martini festum diem 11. Novembris, tertio a S. Januarii ann. 1694. ad 9. ejusdem mensis; quarto abiit novem dierum spatio mense Februario, quinto denique diebus tribus post Pascha, & quidem Superiore semper annuente. Solemne porro Professionem emisit die 19. Aprilis ann. 1694. Contentid idem Prior, cum ipse eidem Joanni Novitio permisit, ut ex Abbatia egrediretur, cumque diuturna absentia ex die 29. Augusti ad 11. usque Novembris ex morbo contigerit, qui eum per id tempus apud Patrem detinuit, ejusmodi proinde absentiam tanquam Novitiatus interruptionem spectari non posse, ejusque Professionem validam esse, nec ei propterea licere eam impugnare.

Interim Joannes idem ad Romanam Curiam mittit, & obtinet Breve nullitatis suæ Professionis declaratorium ob eam nem-

Trid. ad cit. cap. 15. de Regular. sess. 25. Pelizz. tract. 2. cap. 2. qu. 22. num. 36. Bordonus de Profess. Regul. cap. 6. num. 20. & 21.

CASUS III.

Novitiatus in duobus distinctis Monasteriis peractus.

Religiosa ad Professionem admitti potest, quamvis in duobus ejusdem Ordinis Monasteriis Novitiatum peregerit, quia Superioribus ita placuit.

QUÆSITUM.

MONIALIS M. T. B. Novitia in Visitatione B. Novitiatus menses octo ibidem peregit, quibus elapsis ad Monasterium Cl. Superiorum iussu profecta est, ubi reliquos quatuor probationis menses coniecit; non est omitterendum eam non ultra tempus illud extra claustrum moratam esse, quod ab ano Conventu ad alium transitum postulavit. Queritur, an eum in his duobus Monasteriis Novitiatus annum consecerit, possit illa in Monasterio Cl. ubi quatuor tantum mensium spatio permansit, Professionem emittere; an vero cogenda sit Novitiatum ab exordio repetere, initio dicto ab ea ipsa die, qua in Monasterium Cl. ingressa est.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum existimat, Novitiatum Monialis M. minime interruptum censeri, quod eum inchoaverit in Monasterio Visitationis B. & in Monasterio Cl. ad exitum perduxerit. Nimirum non aliam ob causam, ut ad Cl. se conferret, egressa est, quam ut obediret; & præterea Conventus Cl. ejusdem Ordinis, & ejusdem Superioris, Diocesani nempe Episcopi jurisdictioni subiectus est. Videri in hac rem potest Pelizzarius tom. 10. c. 2. sess. 2. num. 52.

Hoc posito, potest in Monasterio Cl. ad Professionem admitti Novitia, de qua agitur, quamvis nonnisi quatuor Novitiatus menses ibidem consecerit; reliquos autem octo transigerit in Conventu B. dummodo utriusque Monasterii consensum obtineat. Sententiam hanc præsert Pelizzarius tom. 1. tract. 3. c. 3. n. 2. & seq.

Decisum in Sorbona hac die 2. Aprilis ann. 1692. G. Fromageau.

CASUS IV.

Novitiatus consecutus, qui deseruit, ut secularis habitus suscipiatur.

Puella, quæ cum Novitiatus annum in Monasterio complevisset, egressa contra est, ut prostratam valetudinem recuperaret, potest reversa, quin Novitiatum ab exordio repetat, ad Professionem admitti.

QUÆSITUM.

A DOLESCENTULA annos nata 22. Religioni nomen dat, & complet probationis annum, quin nullus in ea defectus appareat, qui Professionem impediat; quin potius ea est indole, iis moribus, ea pietate, ut Communitati valde probetur. Sed quinto post mense morbo corripitur, atque ita languet, ut reliquo probationis tempore servandæ Regule impar existat. Quamobrem Moniales edicunt se non posse ad Professionem Puellam admittere, ni convalescat, paratæ, cum primum pristina valetudini restituta fuerit, eandem admittere.

Illæ ergo ex Medicorum consilio, & Monasterii Superiore annuente, patriam auram ductura, habitu deposito, perrexit ad suos, quibuscum ad menses quatuor morata est, pietati vacans, & feculsi, atque in vocatione; & Professionis edenda voluntate persistens. In præsentia bene valet, & Moniales eam recipere paratæ sunt; sed utrum Novitiatum suum iterare, an vero sufficere, quod consecutus, haud satis sciunt.

Exemplum permissionis concessæ Puella N. Novitia Monasterii N.

Nos subscriptus Superior Monasterii N. audita sententia Dominorum M. & Fr. Medicorum Facultatis Parisiensis, concedimus Puella N. in Religione N. receptæ Novitiæ ante annum, & amplius, ut e Monasterio egrediat, ad suos, prout eidem edici præscripserunt præserta, naturalis auz gratia, ex qua illi futurum sperant, ut perfectam valetudinem

de dub. reg. Azor. l. 12. c. 2. q. 8. r. p. Antonius a Spiritu Sancto tom. 2. tr. 3. disp. 1. sent. 2. n. 91. Pelizz. tom. 1. tr. 2. cap. 1. q. 5. n. 8. & q. 18. n. 25.

(b) Bulla 60. Cl. VIII. ann. 1601. c. nullus §. 20. & 83. c. In superma. §. regularis. Bulla 117. Urb. VIII. ann. 1631. c. Religiosus. H 3

nempe causam, quod Novitiatum suum intermiserit. Diploma hoc ad dictæ Abbatie Priorem, & ad Diocesani S. . . . Officialem missum fuit.

Queritur, an, quia Tridentina Synodus sess. 25. cap. 15. ad Professionis, & Regularium Votorum validitatem requirit, ut Novitius per annum in probatione steterit, cum re vera Joannes per annum non steterit, ejus Professio nulla declaranda sit, ac pronuntiari possit, Novitium, qui in suorum domo versatur, extra proprium Monasterium, re quidem vera sui Prioris permisso, procul a suis Religiosis Confratribus, in eo loco, ubi nec Regula, nec observantia regularis est, hære in probatione, propterea quod eum egredi, & abesse Superior permisit?

Regantur Sorbonæ Doctores, ut supra Joannis contentione decident.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum existimat, quæ hætenus sunt exposita, ad hæc præcipuum difficultatem redigi, videlicet an Joannes, Superiore annuente, e Monasterio, in quo Novitium agebat, egressus, ut ad suos se conferret, quibuscum reparanda valetudinis animo trium mensium spatio moratus est, probationis annum, prout statuit Tridentina Synodus, consecisse censetur, ejusque propterea deinde emissæ Professio valida sit?

Respondetur, Auctorem (a), qui hæc controversiam exagitarunt, judicio, trium mensium absentiam a Monasterio, ubi Joannes Novitii habitum sumperat, nihil impedire, quominus Novitiatus proprie dictus & legitimus censatur. Ea enim Tridentinæ Synodi verba, per annum in probatione steterit, non ita Novitium obstringunt, ut integri anni spatio in Monasterio, ubi habitum sumpsit, consistere debeat; fastique est, si eo se conferat, quo a Superiore mittitur, ibique moretur animo redeundi, cum Superiore eum revocaverit, ut integrum completumque annum in Novitiatu transigeret, nec Novitii habitum deponat. Quæ quidem postrema conditio non ex eo tantum apparet necessaria, quod in Religionibus hæc praxis obtinet, sed etiam ex eo, quod ea esse videtur Concilii mens, dum probationis annum a suscepti habitus die numerandum pronuntiat: Nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit. Ex quo inferri potest Novitium probationis tempore habitum gestare debere, quamvis e Monasterio, ubi eum suscepit, egrediat, quæ de re Pelizzarius, alicujus Auctores ad marginem laudati consulti possunt. Jam vero occurrunt hæc omnia in ea facti specie, quæ præ manibus est.

Nec obest Joannem Religionis asperitatis integri anni spatio non subsiste, nec Monasterii, ubi Vota edere volebat, exercitia servasse, quippe per menses omnino tres in paternæ domo permanserit, procul a Superioris, & a Religiosis suis fratribus segregatus. Etenim respondetur verbis quam paucissimis, satis esse, eum, quo a Superiore missus fuerat, esse profectum. Navarrus appellatus hæc sibi objectionem proponit; quam postquam solvit, addit questionem hæc a Cardinalium Tridentinæ Synodi Interpretum Congregatione decisam fuisse.

Gravissima quidem obiectio desumi possit (b) ex Bullis Clementis VIII. & Urbani VIII. statuentibus, ut Novitiatus peragatur in locis designatis, videlicet in Ordinis Monasteriis nominatis electisque ad Novitiatum peragendum. sub nullitatis pena. In posteriore sane Decreto a Cardinalium Congregatione die 15. Januarii ann. 1636. edito præcipitur, ut intra quinque menses reclametur, quo illud obtineri possit, ut Professio nulla declaretur; sed paternæ Joannis domus locus ad peragendum Novitiatum institutus esse dici non potest. Videri potest responsio, quæ hac objectionem solvit Pelizzarius loco supra laudato. Præterea Joannes maximam annuente probationis partem in Monasterio transigit, ubi habitum sumperat; reliquo autem spatio temporis Superioris tantum permisso abiit, qui quidem id ei permittere potuit; & cui ante oculos semper versatus fuisse censetur, quoniam ubi esset, & quid ageret, non ignoravit, potuitque eum pro libito revocare. Quamobrem per eam trium mensium absentiam ab Abbatia T. . . . Novitiatus interruptus non fuit.

Ex hætenus dictis conficitur Joannis Professionem validam esse, nec eum proinde ad Romanam Curiam, ut Breve, quo nulla declaretur, accedere debeat. Decisum in Sorbona hac die 4. Aprilis ann. 1695. G. Fromageau.

(a) Panormit. in cap. ex Rescripto de jur. n. 5. Barbof. in Conc. Trid. Sess. 25. c. 15. n. 30. Navar. tom. 2. de Regular. Emmanuel Sa v. Novitiatus. Bassius v. Religio. 3. n. 8. Suarez Tom. 3. de Religione lib. 5. cap. 14. n. 13. Petrus de Grassis lib. 3. cap. 5. n. 18. Sanchez lib. 5. in Summa c. 4. n. 7. Diana 3. p. tract. 2. rescol. 8. Lamer Tom. II.

„dinem recuperet, & Regulam sustinere valeat; & in eum finem concedimus, ut Religionis habitum exeat, quo minore cum rumore, & incommodo iter instituat, ea tamen lege, ut eundem iterum sumat, statim atque ad dictum Monasterium redierit.

Datum Parisiis die 28. Augusti ann. 1683.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum, quod expositionem, & permissionem, de quibus supra, vidit, & expendit; existimat Novitiam, que suscepto Religionis habitu in Monasterio, de quo agitur, integro anni spatio ibidem constitit, sed ejus valetudine ob languorem in discrimen adducta, ad Professionem admitti non est. que proinde a Superiore permissionem obtinuit Monasterii defendendi, ut in patria ex sua sibi congrua valetudini sue proficiat; que demum in eum finem depositi Religionis habitum, eisdem Superioris auctoritate, ut negotium minore cum strepitu conficeretur: in presentia ad Professionem a Sanctimonialibus admitti potest, quin cogatur alium probationis, & Novitiatum annum conficere; dummodo Monasterii status mutatus non fuerit; sed adhuc eadem observantia, ac regula ratio vigeat, que ejus Novitiatum tempore servabatur, ex ea regula Juris in 6. Eum, qui certus est, certiorari clarum non oportet. Quare cum Puella Communitati probetur, utpote que Novitiatum tempore se Regulari vite itocean exhibuerit, juxta Tridentine Synodi Constitutionem sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 15. ad Professionem proinde admitti potest. Confirmat id Glossa regule eum, qui jam laudat; ubi similis questio proponitur, & eodem modo deciditur. En Glossa verba: Et est hac regula in argumentum ad questionem, qua quaeritur, an is, qui ingressus Religionem in sine anni exitus, si iterum eandem Religionem ingrediatur, an debeat habere annum, & facti videtur, quod non, per hanc regulam, nisi constitit persona, vel religio mutata esset. Cardinalium Congre-

gatio ad difficultates, quaecumque super Tridentina Synodo occurrerint, encodanda delegata questionem dremi, nec omnino iterandum Novitiatum esse pronuntiavit. Item assert Prosper Fagnanus in 2. part. 3. Decretal. de Regularibus c. ad Apostolicam. Ita autem loquitur: Cum olim dubitarum esset de Sacra Congregatione Concilii, an is, qui habitu Religionis suscepto, annum integrum mansit in Religione, eoque clauso, gravi morbo correptus, & propterea Professionem nequaquam emissit, permissa Superiorum ad saculum rediit, si postea inde ad ritum suum monasterii liberatus, & ad Monasterium reversus proinde emittere Professionem, vel potius per alium annum stare in probatione teneretur; S. Congregatio censuit posse statim emittere Professionem, non expellat alio probationis anno, nisi Religio, aut persona conditio sit mutata; itaque Superiores Religionis animadvertens diligenter debere. Facta igitur hypothese mutacionem nullam in Puella, vel in Familia observantia contigit se, censetur a Monialibus absque nova probatione recipi posse, si eam ille idoneam cognoverint, & in ipsa qualitate omnes ad proprii status officia digne obeunda necessarias detexerint. Que enim varietas occurrere potest in ea specie, quam Congregatio sibi propositam adjudicavit, nempe Novitiam, de qua agebatur, suo jam Novitiatu omnino perfunctam fuisse, quo tempore in morbum incidit, ea quidem haud magis momenti est in presenti facti specie, in qua illud inquiritur, an Professio, que circa novam probationem fieret, valida foret, quandoquidem dubio procul, si Puella morbo, quo probationi vacans correpta fuit, non obstante, a Communitate recepta fuisset, ac deinde Vota de more editi disset, valerent ejus Professio ex C. Tenor ext. de Regularibus, & Glossa ejusdem Capitis v. extra motum; ac proinde discrimen illud in presenti facti specie nihil omnino conficit.

Decisum Parisiis in Sorbona die 28. Martii anno 1674.

de Lamoignon.

Vide Dictionarium D. PONTAS.

O B E D I E N T I A.

Obedientia virtus est, qua quis Superiorum suorum voluntati, ac nutui se subdit in iis, que quidem iustitia, ac rationi consentanea praeceperint; si quid enim contra Dei Legem juberent, tunc, D. Paulo docente, Deo, quam hominibus obsequi satius foret. Regularis, & Monialis in facie Ecclesiae virtutis hujus, aequae ac castitatis, & paupertatis praxim expresso Voto promittunt. Eam porro vel ad minimas qualitates res, & aequae ad eas, que sibi solatio futurae sunt, atque ad ceteras extendant, oportet, illud animo reputantes, eam unam esse, qua valet, quicquid is agit, qui Deo se devovit, atque adeo vel maximas asperitates tanquam oblationes mortuas a Deo contemni, nisi eas vivificet virtus hac, que omnium prolixius operum, nullo excepto, una, & unica ratio esse debet; ut maxima quoque relaxationes, quae naturae conceduntur, ex hac ipsa virtute sanctificationem consequantur, cum nempe propterea suscipiuntur, quia praescribuntur; atque hac ratione executioni mandandum D. Pauli consilium nos admonentis, ut, etiam dum manducamus, ac bibimus, omnia in Domini nomine faciamus.

C A S U S

Obedientia Monialis, quam in Ansistam- mligi placet.

- 1. Superior nihil precipere potest, quod ad Regulam omnino non spectat, vel supra Regulam est.
2. Monialis ad agendum, ultra quam vocat, augei nequit.
3. Vetus Urbani VIII. Bulla, ne Moniales a suis Monasteriis egredi cogantur, ut in alia se conferant; ad qua quidem non mittantur, nisi ipsa voluerint.

Q U A E S I T U M.

Monialis in proprio Monasterio tranquille vivens, de servanda Regula valde sollicita austerius Familiae regimini destinatur. Ejus Antistita virtute voti obedientiae, quod Monialis edidit, eidem in mandatis dat, ut propositum manus acceptet, & ad egrediendum se comparet. Quare Monialis, an parere teneatur in hac facti specie, in qua jubetur e proprio Monasterio recedere, ut in alia Familia Antistitam agat?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum censet, hoc loco non id inquiri, quid nempe in Obedientia negotio perfectus sit, & quo usque virtus hac decere Religiosum animum possit, exequi cupientem ea, ad qua vi Regulae non tenetur, & in omnibus id querentem, quod ad majorem perfectionem spectat, prout D. Paulus primitivis Christianis auctor erat, dum is agebat: (a) Amulaminis Charitatis meliora. Constat

(a) I. Corinth. c. 12. v. 30.
(b) S. Bernard. lib. de praecip. & disp. cap. 6. S. Thom. in

enim ex spiritualis vite Patribus, & praesertim ex Sancto- rum Bernardi, & Thomae doctrina, Obedientiam in maximo perfectionis gradu positam in causa esse, ut Religiosus (b) non in suo modo Superiori pareat, que ad Regulam pertinent; sed in iis etiam, quaecumque legitime permitti possunt; ut ejus voluntatem praevaleat in iis omnibus, que ei grata fore pro certo habet, ejus jussu non expectato; atque adeo, ut S. Benedictus in sua Regula declarat, conetur id quoque, quod fieri omnino non potest, siquidem id Superior praeceperit: si est ferari, inquit, aliqua gravia, aut impossibilia insunguntur, suscipiat quidem jubentis imperium cum omni mansuetudine, & obedientia, & ex charitatis consilio de adiutorio Dei obediat.

Sed illud hic quaeritur, quid proprie, ac strictiore significatione spectet ad obedientiam votum, scilicet ad praecipuum, quidque Religiosus vi voti, quod edidit, facere teneatur, ut Superioris sui mandata faciat. Jam vero doctrinae est apud Auctores, qui de hujusmodi rebus agunt, vulgo recepta, Superiorem nihil jubere posse, quod omnino ad Regulam non pertinet, vel eandem excedat. (c) Balfusus Religiosus Ordinis S. Francisci, cujus Regula in hoc Obedientiae capite maxime, si qua alia, stricta est, ita pronuntiat in hac rem: Praelatus regularis non potest subditum obligare ad ea, que sunt omnino supra Regulam. Ratio est, quia Praelatus non est dominus, sed custos, sed minister Regula; ejusque potestas non se extendit ultra ipsius Regulae terminos: ergo non potest ejus terminos excedere juxta D. Bernardum.

Et sane ait idem Pater, mensuram Obedientiae, qua Regularis Praelato subditur, Professionis rationem esse, videlicet eam ex obligatione, qua per Professionem contracta est, repetendam esse; nempe Superioris potestas ultra votum, quod Religiosus subditus edidit, exten-

2. dist. 44. q. 2. art. 3.
(c) Balfusus v. Praelatus n. 7.

O B E D I E N T I A.

extendi non debet; nullique Professo, quaecumque tandem vita rationem elegerit, imponendum, nisi quod Obedientiae legi, cui se Professione subiecit, consonum sit: modus obedientiae, uti concludit S. Bernardus, (a) est tenor Professionis, nec se valeat extendere potestas imperantis, nisi quatenus astringit votum professionis. . . . Quomobrem quisque Professus in quavis genere salutis vitae ultra obedientiae leges cogendum non est. . . . Jussu Praelati, vel prohibita non praeceperit terminos Professionis, nec ultra extendi potest, nec contrahi citra: Nihil nec Praelatus prohibere eorum, que promissi, nec plus exigat, quam promissi. Vota mea nec augeat sine voluntate mea, nec minuat sine certa necessitate.

Postis principis his, respondetur, in Regula, & Constitutionibus Familiae, in qua Monialis, de qua agitur, versatur, nihil esse, quod evincat, necesse fore, ut ipsa e proprio Monasterio exeat, si austerius Monasterii administrationem suscipere iusta fuerit. Dum Vota edidit, iis tantum se rebus obstrinxit, quas in Regula, & Constitutionibus legit, qualesque in Monasterio, in quo Professionem emisit, in more postas vidit. Non ergo ultra quam vocat, ex principis jam explicatis adigi potest. Superioris in Monasterium potestas non provenit nisi ex Votis, quorum vi illa eidem subiecit. Ex quo fit, obligationem cum obedientia voto conjunctam non aliunde repetendam esse, quam ex Regula, Constitutionibus, ac praxi, qua haecenus in Monasterio, in quo Monialis existit, servari consuevit. Quod si que sunt egressu, ut alibi aliquot Ordinis Familias fundent; id ille quidem ultra, non autem coacta fecerunt.

Non desunt Moniales, que si e Professionis Conventu in alium, vel suscipiendi regimini causa, se mitti posse seivissent, nunquam Religioni, quam profitentur, nomen dedissent. Est igitur aequitas consonum, ut cum bona fide se obstrinxerit, & nil tale in Constitutionibus, usque postum viderit, egredi non cogatur, quin ipsa consentiat, & in longinquam Regionem sese conferre, sub exito fortasse sibi non congruo, & una cum iis degeret, quarum indeoles longe alia sit, quam earum, quibuscumque haecenus versata est, & apud quas magis, quam alibi se proprie saluti operam daturam putat. Objici potest ad Ordinis bonum spectare, ut hac Puella in presenti facti specie Superioribus suis obtemperet; sed respondetur I. id, ut summum peculiaris Familiae, de qua agitur, non Ordinis bonum esse; II. Ordinis Familias in Congregatione non esse postas, alias ad alias mutuo non referri, sed invicem se junctas esse. Denique ad peculiaris praesertim Familiae Superiorum boni ad universum Ordinem spectantis procuratio non pertinet; sed ad eum, qui in Ecclesia generalis Superior est. Si Provinciale Monasterium, cujus regimini Monialis haec destinatur, a Praesentis fundamentum est, non inde consequens fit, postea hoc Monasterium sub peccati poena teneri Monasterium mittere, que priori praesertim, vel Monasterium istam sub eadem poena teneri eo se conferre; ex eo enim, quod aliquid sponte, & ex charitate factum fuerit, non conficitur, idem servandum esse, vel aliud simile statuendum ac proinde id omitti non posse citra peccatum.

Verum proposita questio prolixius deciditur, omnique difficultas de medio tollitur ex Urbani VIII. Bulla diei 28.

Julii an. 1695. que ad finem Constitutionum Familiae, in qua Monialis haec degit, posita est. Bulla haec ad Praesentem Officialem mittitur, statuitque, ut Monialis, quam e proprio Monasterio extrahi, vel transferri libuerit, ut alio mittatur ad aliud nempe Ordinis Monasterium administrandum, libere, sed tamen cum licentia transferatur. En Bulla verba: si eis bene visum, permanere possint, transferri libere, & licite valeant, dummodo translatio gravibus, & honestis rationibus casum contrahatur fiat. Et infra: Moniales expresso professas, utaque integritate, ac regularis disciplina perita laudatas, voluntaria de Superiorum suorum licentia, & consensu ad dictum Monasterium &c. Quod ita explicandum est, ut Monialis nec cogatur, nec, nisi ipsa voluerit, transferatur; ut proinde non amplius agatur in presentia, ut ratione ostendatur, Monialem, de qua in expositione sermo est, e proprio Conventu exire non teneri, etiam si Superior id ei praeceperit, quoniam adeo expressa Pontificis Bulla, qua prohibet, ne exire cogatur, nisi ultro consenserit.

Quamvis enim haecenus producta rationes ex ipsa Monialis hujus Professione, ac Regula, quam vocat, deprompte solida sint, ac satis ostendant, eam ex proprio Monasterio ad aliud, quin assentiat, transferri non posse; aliquid tamen in ejusdem Monialis gratiam lucentes, firmique praesto est, Bulla sicut Urbani VIII. de qua dictum est, in qua Superiori praescribitur, quid in casu proposito facere debeat, ejusque potestas, ne in ejusmodi negotiis Moniales cogat, certis terminis circumscriptur.

Sequitur ex his omnibus, oportere, ut Monialis electa, ut alteri sui Ordinis Monasterio praesertim, primo quidem ad Deum confugiat, rogatur, ut a suscepta translationis cogitatione Superiorem abducat; deinde nihil eorum omittat, quae suggeret prudentia, ut ab eodem Superiore obtineat, ne eo ab ipso mittatur, quo eam vocat Episcopus; tum qua deest humilitate, animi sui sentia proponat, nixa rationibus, quas consilio suo favere crediderit, & potissimum Urbani VIII. Diplomate; semper etiam meminerit, sibi cum suo Superiore sermonem esse, ipsiusque ea observantia alloquitur, quae personam ratione status, & Professionis alteri subiectam decet; ad extremam, si nihil ipsa a proprio Superiore obtinere poterit, ei Doctorum Consultationem exhibeat, eumque humiliter roget, ut se quidem in hoc negotio eorum decisioni adherere pariat, se dolere significans, angique, quod videat eum sibi velle in ea re vim inferre, quam ut vel acceptet, vel respuat, sibi libere fore vultis, qui in universa Ecclesia Superior est, Papa videlicet.

Quod spectat ad difficultatem de Praelatione propositam, si id agatur, ut in alio Monasterio Antistita statuatur, quoniam illa eo mitti nequit, nisi consenserit, ea quidem differentie nullas superest questionis locus; si illud agatur, ut Monialis in ea ipsa Familia, in qua Professionem edidit, Antistita sit; hoc in casu in Constitutionum cap. 4. diversis verbis praecipitur, ut Monialis Praelationem, ad quam electa fuerit, acceptet, quin ullam, ne demandatum officium subbeat, executionem asserre possit.

Decisum Parisiis hac die . . . an. 1699. G. Frommann.

OCCULTATIO CADAVERUM BENEFICIATORUM.

Quia nonnunquam contingit Beneficiatorum, qui Beneficia mortis causa resignant, mortem celerari, ut Cursor Romam perveniat, suiue adventus die datas litteras sumat, ne appareat ante dies viginti completos, qui a resignatione excurrere debent, Beneficiatum e vita excessisse; ideo nostrorum Regum Constitutionibus, ut ejusmodi abusus occurreret, accurate vetitum fuit, ne Beneficiatorum defunctorum corpora celarentur; ita quidem in Constitutione Regis Francisci I. Villers-Cotterets. edita ann. 1539.

Articulo 50. Capitula, Collegia, Monasteria, & Parochi jubentur personarum Beneficia posthumum sepulcrum in Acta referre, ac mortis tempus describere, quod litigiis, in quibus de ejusmodi mortis tempore quaeretur, adjudicandis, & omnino quoad novam institutionem inserviat. Articulo 54. mandatur, ut iidem Beneficiatis fato funditis, eorum mors nulla interjecta mora a defuncti Domesticis emunietur in iis Ecclesiis, in quibus funera, & acta sunt edenda, & quidem vero mortis tempore, sub corporalis, vel arbitraria punitionis poena, declarato. Articulo 55. antequam dicta funera celebrentur, instituenta praecipitur inquisitio summaria, ac veritati consona relatio temporis ejusdem obitus, ut fideliter, ac statim in Acta referatur. Ad extremum articulo 56. vetatur, ne ante ejusmodi revelationem eadem cadavera retineantur, in poenam quoad Laicos proscriptiois corporum, & bonorum, & quoad Ecclesiasticos, privationis omnis juris possessorii, quod in Beneficiis ita vacantibus habere, vel sibi arrogare possent, & praeterea punitionis arbitrariae.

Prohibitiones haec Beneficiatorum cadavera occultandi subsecutis temporibus instauratae fuerunt, quoniam per Declarationem die 9. Februarii ann. 1657. editam, Episcopi, & Generales eorum Vicarii mandare possunt, ut in Ecclesiis, & Coemeteriis exemptis, & non exemptis, & in domibus, aliisque locis secularibus de Beneficiatorum cadaveribus inquiratur. Suae Majestatis Litteris in Magno Consilio die 12. Februarii ann. 1661. datis Jurisdictione cognoscendi de custodia, & occultatione cadaverum Beneficiatorum tributa fuit Magno Consilio, quod die 23. Septembris ann. 1670. Rescriptum vulgavit in privatos non paucos occultati Beneficiati cadaveris complices, qui in exilium pulsi fuerunt; alique Rescripto ejusdem Magni Con-

(a) S. Bernard. ut supra c. 5. Lames Tom. II.